

ejusdem regimine Passavii ac
 Augustæ Vindelicorum sinu
 Imperii excipi, foveri ac pro-
 tegi, publica que, ex eo tem-
 pore, autoritate doceri, pro-
 pugnari ac propagari potue-
 rit. Enimverò asylum hoc
 aggressus est nostro seculo
 ὁ Ἀντικείμενος tanta, quanta,
 solet esse, cum est maxima,
 fraude atque vehementia;
 sed, Deo juvante, Osnabrugæ
 ac Monasterii, Patrocinium
 pacis publicæ, Augustanæ
 Confessionis denuò fuit reddi-
 tum obfirmatumque; adeò, ut,
 quod jure Nobis ac posteris
 Nostris metuere possimus,
 supersit nihil. Hoc verò Pa-
 trocinium cum Augustanam
 Confessionem ab armis ho-
 stium tutam atque securam
 præstet; aliud etiam, quod
 ad-